Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

rex. Quid vltra loqueris,
servus est quod locutus fuit. Tu
et ciba diuidite possessionem.
Rediitque mephibosyth regi.
Quia cuncta accepisset. Postea
venerunt et ad eum meum rex
pacifice in domum suam. Ber
zellai quoque galaadites descen
dens de rogelim, transiuit
regem iordanem, pacis eius
ultra fluuium prosequi eum. Erat
autem berzellai galaadites se
nex valde, idest octogenarius
et ipse pauit alimenta regi
cum moraret in castris. Fuit
quippe vir diues nimis. Dix
itque rex ad berzalli.
Vem et requiescas secum
meum in rslm. Et ait ber
zellai ad regem. Quot sunt
dies annorum vite mee, vt
ascendam cum rege in rslm.
Octogenarius sum hodie.
Numquid valent sensus mei
ad discernendum suauia, aut
amara, aut delectari potest
seruus tuus cibus et potus,
vel audire possit vltra vocem
cantatorum, aut cantatricum.
Quare seruus tuus sit onerosus
domino meo regi. Paululum
pradi seruus tuus ab iorda
ne tecum, nec in digitis hac
recompensatione. Sed obsecro vt
revertatur seruus tuus, et mo
riatur in ciuitate mea, et se
peliatur iuxta sepulchrum patris
mei, et matris mee. Ecce autem
seruus tuus chamaam, ipse va
det tecum domine mi rex, et fac
ei quod bonum tibi videtur.
Dixitque rex. Mecum transeat
chamaam, et ego faciam ei sicut
quid tibi placuerit, et omne
quod petieris a me impetrabis.
Cumque transisset vniuersus populus
et rex iordanem, osculatus
est rex berzellai et
benedixit ei, et ille reuersus
est in locum suum. Transiuit
ergo rex in galgalam et cha
maam cum eo. Omnis autem populus
iuda transiuerat regem, et me
dia tantum pars affuerat de populo
israel. Itaque omnes viri israel con
uenerunt ad regem dixerunt ei.
Quare te furati sunt fratres mei
viri iuda, et transiuerunt re
gem, et domum eius iordanem,
omnesque viros dauid cum eo.
Et respondit omnis vir iuda ad
viros israel. Quia propior mihi
est rex. Cur irascitis super
hac re. Numquid comedimus
aliquid de rege, aut munera
data sunt nobis. Et responde
dit vir israel, ad viros iuda
et ait. Decem partes maior
ego sum apud regem, et primo
genitus ego sum, magisque ad
me pertinet dauid, quam tibi.
Cur michi fecisti in iniuriam,
et non michi nunciatum est pri
ori, vt reducerem regem meum.
Durius autem locuti sunt viri
iuda viris israel.

Accidit autem
vt ibi esset vir be
lial nomine seba, filius
bochri vir geminus, et
cecinit buccina et ait. Non
est nobis pars in domino dauid,
neque hereditas in filio isai.
Reuertere in tabernacula tua
israel. Et separatus est omnis israel
a dauid, secutusque est seba
filium bochri. Viri autem iuda,
adhesserunt regi suo, a ior